

DE  
REPVBLICA  
HEBRAEORVM  
LIBRI OCTO.

AVCTORE  
R. P. IOAN. STEPHANO MENOCHIO,  
SOCIE TATIS IESV,  
DOCTORE THEOLOGO,



PARISIIS,  
Sumptibus ANTONI BERTIER, viâ Iacobæâ,  
sub signo Fortunæ.

M. DC. XLVIII.

*Cum Priuilegio Regis, & Approbatione Doctorum.*



EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO  
DOMINO COLENDISSIMO  
D. IOANNI CARDINALI  
DE LVGO,  
IO. STEPHANVS MENOCHIVS  
E SOCIETATE IESV,  
FELICITATEM PRECATVR.



*V*æ ne dignitas purpura, CARDINALIS EMINENTISSIME, an illius grata recordatio necessitudinis, qua paucis ante annis ambo in Collegio Romano vitam simul egimus, me impulerit, ut lucubrations hasce meas de Republica Hebræorum tibi potissimum dicatas vellem, statuere facile non possum. Nam dignitatis amplissima fastigium, ad quod tertius iam, aut quartus est Societate nostra, tuorum suffragio meritorum euectus es, & in quo, tamquam exposita palam fax, orbi praluces uniuerso, postulare quodammodo videbatur, ut nostrarum literarum quacumque bonum lumen requirunt, undecumque ad te conuolarent; ex altera verò parte religiosa necessitudinis vinculum, tuaque illa benignitas, qua mihi semper patuit, & verò in tanta conditionis disparitate etiamnum patet, rursus inuitabat, ut qualemcumque hunc industria mea fetum tibi susterem, & grati animi mei testem futu-



R. P.

IO. STEPHANI MENOCHII  
E SOCIETATE IESV.  
DE REPUBLICA HEBRÆORVM.

LIBER PRIMVS.

Quanam fuerit origo gentis Hebræorum, unde dicti, & quanam diuersis temporibus eorum politica forma fuerit.

CAPVT PRIMVM.



**H**ÆC PRIMO. Quoniam fuerint Hebræi, & unde dicti. Vt cum Hebræus primo occurrere in Genesi cap. 14. nom. 13. ubi Abraham Hebræus appellatur. Duplex eius etymon ab huius loci enarrationibus affertur. Aliqui enim deducunt à verbo *heber*, quod transire significat, ut Hebræus idem sit quod *transitor*, & ut LXX. & Aquila interpretantur, quia scilicet Abraham, & Hebræi eius posteri, ex Chaldea oriundi, Euphratem transierunt, & Palestinæ tractum incolerunt. Alterum vocis Hebræus etymon est, ut ab Heber dicitur, qui primus fuit Senn. & acutus Abrahæ; ita tamen ut in tantum Hebræi posteri hoc nomen adhaerent, qui per Abraham, Isaac, & Iacob descendentes, diuisi in Babel linguæ, Hebræam idioma cum verè vniuersi Dei sibi retribuerunt. Veraque nominis origo vera esse potest, nam qui primum ab Heber dicti sunt Hebræi, idem postea à transitu Euphratis dicti dicitur potuerunt Transitorum, & dicitur, & Hebræi, quod idem est. Vide Peter. lare de hoc disputantem, & alios plures quos citat.

**Q**UÆSTIO. Quoniam Hebræi populus esse ceperunt. Hebræos familiam tantum fuisse, non populum, dum Abraham, Isaac & Iacob peregrinanti fuerint in terra Chanaan, adeo enim pauci erant, ut consistere non possent politicam, que maiorem capitum numerum requirit, nec enim ut docet Aristoteles, quilibet numerus nomen illud tueri potest. Itaque similiter modum non excedebant, & regimen quo gubernabantur erat economicum, domesticumque inter ipsos communicatio intercedebat, qualis eodem Philosopho teste, videtur

inter patrem & filios virum & uxorem, & dominum & seruos. Postea verò quasi duodecim filij Iacob uxores duxerunt, suas quique constituerunt familias, ita tamen ut necdum populus appellari possent, non enim plalquam septuaginta capita numerabant, cum descendissent in Ægyptum, ut habemus ex Genesi, cum tamen ex tam paucis nulla consistere possit politia, que sibi ipsi sufficiens esse debet. Itaque inter hos ea erat communitas, quæ *hebraicorum*, id est, *collahebræorum* appellat idem Aristoteles, que inter eos versatur, qui eundem quidem seruis sunt. Sed adhuc cum numerum qui civitatem constituerent, non attingunt.

**O**bsticit fortasse aliqui Menochii civitate, que preta in orbe condita est à Caino Adami filio, ubi esse tempora cum non plura quàm quingenta capita in mundo crederentur, Adami ut scilicet & Eua Cainus cum eius uxore, & filio Henoch. *et edificavit inquit sacer tentum, cuiusque vocemque nomenque est nomen illi, sicut Henoch.* Respondet huc oblatione sanctus Augustinus, negatque Caini filium primogenitum fuisse Henoch, & ut fuerit adhuc post eum, tant multas proles ante videm illam conditam mulier potuisse, & ex his rursus alias, ut civitati constituendæ pares esse possent. Sed etiam si conditum civitatis illius iste filius primus est putetur, non inde patendum est tunc à patre condita civitati nomen eius impossum quando natus est, quia nec constituta tunc ab uno patre civitas, que nihil aliud est quam hominum multitudo una societas *vincula colligata*. Sed cum illius hominis familia tantum numerum crederet, ut haberet iam populi quantitatem, tunc potuit utique fieri ut & constitueret, & nomen primogeniti sui constitueret imponeret civitati. Tam longa quippe vita idurum hominum fuit, ut ille memoratur, quorum & anni cæci non sunt, qui minimum vixit ante diluvium, ad septuaginta quinque annos perveniret. Nam plures mortales annos etiam transierant, quamvis non ad mille perveniret. Quæ itaque dubitaverit per

Polit. 2. 2.

Genes. 46. 27.

Arist. politia.

Polit. 1. 2. 2.

Genes. 4. 27.

Lib. 1. de Civ.

cap. 1.

Peter cap. 1. in Genes. cap. 14. cap. 1.

II.

7. Polit. 6. 4.

*dit in parabolis. et xx. vertuntur in sic fiantis in fluxu  
 Eri fuit dicitur. Et regem suspendit in ligno dupli-  
 sci, in ligno gemino. Hoc idem probatur ex D. Hier-  
 onymi verbis in cap. 9. Ezech. *Adignis Hebræo-  
 rum literis. inquit, quibus usque hodie Samaritanæ  
 crucis extrema. Thau, crucis habet similitudinem,  
 qua in Christianorum frontibus pingitur, & frequen-  
 ti manu insculptis signatur. Hinc intelligitur cur  
 apud Ezechielem eo cap. 9. dixerit Dominus An-  
 gelo: Transi per medietatem civitatem in medio Ierusa-  
 lem, & signa Thau super frons virorum gentilitium  
 & defensionem super cunctis abominacionibus, que sunt  
 in medio eius. voluit enim Dominus ingentes illos  
 manibus esse ligno crucis, qua litera illius figu-  
 ram habuit apud Hebræos, & Christi deinde con-  
 tactu & sanguine consecrata est, ut intelligerent  
 ut crucis salutem sibi petari, & ab Angelo signan-  
 re Dei iussu polliceri. Literam autem illam Thau  
 crucis figuram exhibuisse, præter D. Hieronymum  
 significat etiam Syrachus loci versio, que  
 post, *signa Thau, legit, signa crucem.***

**V.** Quæritur, quantum crucium altitudo esse sole-  
 ret. Respondeo, nullum fuisse certum altitudinis  
 modum, sed humiles aliquando fuisse, ab quando  
 vero alias, pro crucis gentiam arbitrio, aut pro  
 oblatorum lignorum, que fors tulerat qualitate,  
 aut etiam, quod ad alias pertinet, ad maiorem  
 patibulari infamiam. De crucibus humilibus  
 exemplum suppetit in factu Gabsotharum, qui  
 Saulis filios crucifixorum, nam quorundam illor-  
 um mater Respha crucibus die & nocte assidens  
 non dimisit ausu lacertate eos per diem, neque be-  
 stias per noctem. Humiles ergo fuerant horum  
 crucis, si hebræorum lenitate corpora cruciatiorum  
 fuisse exposita custodie remota. Notat  
 Gregorius humilissimi crucis humiles sibi etiam  
 vilitate fuisse, & exempla afferit ex Apuleio, &  
 ex Eusebij Ecclesiastica historia, Dixi aliquando  
 proceriores crucis adhibitas ad tegendam rei in-  
 famiam. Sic Aman quinquaginta cubitorum cru-  
 cem Machobus parauerat, & que postea ipse  
 Aman pendit, ut aptissimè vltat partem illud  
 Claudianus:

*Quantum bene dispositum reperit, ut dignum inquit  
 Prælia cœlestis principis austeribus ostendit!*

Huc facit Galba Imperatoris saltam, qui eundem  
 imploranti leges, & ceteros Romanorum se testificanti,  
 quasi solatio & bono aliquo parato lenatorem, sus-  
 tineri, multique præter ceteros alios, & de aliorum  
 crucem statim iussit, ut narrat Suetonius in Galba.  
 Hanc fortasse ob causam pictores aliqui grandio-  
 rem & excelsoiorem crucem Christi faciunt, quam  
 latronum. Sed eundem fuisse rationis tres crucis,  
 Christi scilicet & latronum ex eo colligitur, quod  
 cum illas Helena Constantinensi mater reperisset, ubi  
 similitudinem, que inter ipsas intercedebat,  
 promptum non fuit Sanctam Christi, à profanis  
 latronum interuolere, sed opus miraculo fuit, ut  
 constat ex historicorum fide. Adde videri vilitatem  
 fuisse ut deitibus domo qui signandus erat, lignum  
 petere ut ad crucem faceret daret, nam lib. 2. Ezech.  
 cap. 6. Datus Persarum Rex mandat ut quicun-  
 que privilegia, ab ipso Iudæis concessa infringere  
 conatus fuerit, tollatur lignum de domo ipsius, & con-  
 gantur. & confingatur in eis, domus autem eius publicetur  
 in Iudæa. Quam ad modum etiam nunc fieri solet,  
 ut in detestacionem gratioris ahenius sceleris, do-

**A** mo rei solo æquata columna infamiz nota, cum  
 aliqua inscriptione staturus, sic olim delecta do-  
 mo, supellectili data in diruptionem, vel publica-  
 ra, latruncibus edificabantur ad loci & eius quon-  
 dam habitatoris contumeliam; & dedecus sempiternum.  
 Sic 4. Reg. 10. de iis qui eundem Baal 4. Reg. 10. 19.  
 euerterunt, dicitur: *Destruxerunt quoque adu-  
 Baal, & fecerunt pro ea latruncibus usque in diem  
 hanc.*

Quæritur, an cruciatii suas ipsi crucis gesserunt,  
 & an procederent velato, an aperto capite. Re-  
 spondeo, gessere solitos propriam crucem, Sic  
 Christus Dominus Ioan. 19. *Basilianus sibi crucem  
 exivit in cruce, qui dicitur Caluarie. Incruce.* Sic ex  
 veteri more Plutarcho; *Et ex parte, inquit, quidem  
 quibusque maleficorum suam offerunt crucem: malitia  
 tem cruciatum quæque in se, et se, quæque & fabri-  
 gator.* Hoc tamen oportet hærere non ex misericordia,  
 sed ut vivus ad Caluarie montis verticem pervenire  
 posset, Christus lenatus est, nam *in posteriori crucem  
 Simoni ut portaret illam post se, in quo verbum  
 Cæcæus: Christus servavit illam in anteriori parte,  
 Simon in posteriori, & ita hinc post se, sed veritas  
 est aliquando Christum solum gessisse crucem,  
 moxque eadem suffectum Simonem, qui solus  
 etiam illam portavit; hoc enim conformis est  
 Evangelicæ narrationi, præsertim D. Ioannis, &  
 sanctis Patribus, ut notant Gregorius lib. 6. de  
 Cruce cap. 17. Quod attinet ad morem caput ve-  
 landi in qui rei essent mortis & ad illam damnari,  
 habemus in sacris literis exemplum in Am. 11, qui  
 cum iam destinatus esset ad mortem, statim operaverunt  
 faciem eius, ut dicitur Ezech. cap. 7. Hinc illa  
 prætorum Iudicium Romanorum in reum feralis  
 sententia apud Livium in Ciceronem: *Subter col-  
 ligam manus, caput obvolvitur, verberato, arboris infelici  
 suspenditur.* Sic Sathanas in iudicium deducta facie  
 velata Dan. 12. Quamquam hoc ante damnatio-  
 nem aliam causam habere possit, quod scilicet  
 esset in ludu, & merore, cum ex gentis consuetu-  
 dine, ut suo loco infra dicemus, inter alia dolentis  
 argumenta etiam caput velate consueverunt anti-  
 qui. Cornelius à Lapide eas affigens cur*

**C** Amano, cui mox iam decreta erat, caput fuerit  
 velatum, Ita faciebant, inquit, illi cui rex erat  
 offensus, quasi qui indignus esset videre faciem  
 regiam, & ne Rex videret faciem sibi iniectam, ad  
 mortem suam & indignationem commoveretur,  
 Rursus operaverunt faciem Amari, quasi rei mor-  
 tis, & poenæ condemnati, ut Lyranus, nam dam-  
 nati ducebantur ad mortem oculis velatis, ne scilicet  
 videntes pariam, cures, amicos, liberos,  
 uxores, non iam semel, sed sæpius mortem obirent.  
 Sic iam reis capite multitudine velantur oculi, ne  
 videant gladium in ceterum suam vibrari, atque  
 ipsa expauescant, & istam gladii cadendo decli-  
 nant, & franguntur. Hæc Cornelius. Notat tamen  
 Serenus capiti verba illa Eusebij, *operaverunt  
 faciem eius, Chaldeum velle delectare, confusio-  
 ne, & rabore coopertum fuisse, et x. verb. ver-  
 runt dicitur re negavit, quod Complutensis  
 vertunt, credunt facie, sed Græca vox latius patet,  
 ut non ruborem tantum, sed & pallorem, & tri-  
 stitiam, aliaque ad genus omnia complecti possit,  
 adeoque illam etiam faciei velationem, que Persis  
 in vtu fuisse videtur. Pineda in cap. 13. Job. ad  
 hunc ritum accommodat verba illa: *Cur faciem  
 tuam abscondit, & arbitratur non irasciam tuam**

D. Hier. in 5.9. Ezech.

Ezech. 9. 4.

1. Reg. 11. 10.

Greg. 12. de cruce c. 9.

Claud. 11. in Euz.

Suet. in Galba cap. 7.

2. Ezech. 6. 11.

VI.

Leon. 19. 17.

Platarch. de vita na. in iud. 1. 1. 1. 1.

Luc. 23. 12.

Greg. 12. de cruce c. 9.

Ezech. 7. 19.

Dan. 12. 12.

Cor. Ezech. 7. 12.

Ser. Ezech. 22. 7.

Pined. Job 19. 14.